~~1661~~

prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praemissis singulis vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, Fatalibus Iuris Praescriptione Terrestri, bello, conventioneque vel alys quibusvis Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis alio evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante. 1673

Molendinator de villa Sielec. Nobili Baranowicz cedit:

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Honestus Andreas Molendinator de villa Sacrae Regiae Maiestatis Sielec dicta Capitaneatus Drohobycensis Sanus mente et corpore existens ~~foro~~ suo quovis competenti omisso et Iurisdictione propria posthabita. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictione quoad Actum hunc attinet in se posteros bonaque sua generaliter omnia libere et benevole coassumpta palam libere publice ac per expressum requit. Quia ipse inhaerendo Literis Priuilegy Consensus Sacrae Regiae Maiestatis ad cedendum de bonis inpraescriptis sibi Regali gratiose per eandem Sacram Regiam Maiestatem collati atque officio praesenti Castrensi Capitaneali Praemysliensi cum subscriptione manus eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis et appressione Sigilli maioris

Cancellariae Rni reproductum tenoris eiusmodi

~~1664~~ Michael Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Li-
tuaniae, Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kioviae Vol-
1674 hyniae, Livoniae Smolensciae Severiae Czernichoviaeq.
Significamus praesentibus literis nostris quorum inter
est universis et singulis. Consensisse nos ac permisisse con
sentireq ac permittere praesentibus literis nostris Honesto
Andreae Molendinatori in villa nra Kielec dicta sub
tenutas Drohobycen. existen., ut possit et valeat deom
ni et integro iure suo advitalitio, quod ipsi super idem
molendinum et eius tertiam mensuram, nec non quartam
partem lanei agrorum pratorumq Raczyn dictorum
servit et competit cedere, atq in persona Nobilis Ale
xandri Baranowicz transferre et transfundere. Qua
quidem cessio iurisq transfusio, postea quam coram Actis
quibuscunq Rni authenticis facta et recognita fuerit.
Nos eam ratam et gratam, uti eam, quae nostro consensu nro per
agetur habitari sumus. Vigore cuius cessionis iurisq transfu
sionis supranatus Nobilis Alexander Baranowicz dictum molen
dinum cum eius tertia mensura, atq quarta parte lanei agrorum
pratorumq Raczyn nuncupatis, alysq omnibus attinentijs et per
tinentijs eo antiquitus spectan. tenebit habebit et possidebit
ad extrema vitae suae tempora. Promittimus autem pro nobis
et Serenissimis Successoribus nostris, non esse nos Serenissimosq
Successores nostros abusu et pacifica possessione praefati molen
dini eiusq tertiae mensurae atq agrorum et pratorum praedictum
Nobilem Alexandrum Baranowicz amoturos, aut aliena-
turos, neq ullam potestatem amovendi aut alienandi damus,

Ded